

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

10. De alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

gatio impedit soluti debiti repetitionem. 4. Naturalis obligatio licet in foro externo actionem non tribuit tamen ius exceptionis & compensationis.

Quod Papillus vel minor 25. an. Curatorem habens, ludendo perdidit, soluere non tenetur, nisi iurauit, sed exceptione se defendere potest beneficium legis civilis: Si autem soluatur, ab altero retineri potest donec repetatur: Ratio prioris, quia tametsi soluisset, repetere posset, seu condicione indebiti, seu in integrum restitutione: *Qui autem ad agendum admittitur, est multo magis ad excipiendum admittendus.* reg. 71. in 6. Posterior probatur, quia pupillus & minor Curatorem habens, saltem naturaliter obligantur: at vero legis civilis beneficium illis non potest, si eo non viantur, sive quia vni nolunt, sive quia ignorantur.

Si pupillus vel minor, quod indebet soluit, alibi recuperare non potest, per compensationem aliquam prospicere tibi poterit Ratio est, quia alter iniuriam infert non restituendo, si repetatur.

## C A P. X.

*De alienatione bonorum Ecclesiastico-  
rum.*

Bona Ecclesiastica immobilia & mobilia preciosissima, quae seruando servari possunt absque iusta causa certaque solemnitate alienari prohibentur; triam Feudum, emphyteusis, & locatio in longum tempus contractus censualis, perpetui ac vitalitatis annus; quia iuria & redditus anni inter bona immobilia numerantur, quorum alienatio Ecclesijs ac natu minoribus prohibita est.

NB.

NB. Tamen in Germaniae quibusdam locis tene-  
ptuni, ut redditus redimibiles, etiam super immo-  
lia bona constituti, inter bona mobilia numeren-  
tur.

2 Nomine alienationis prohibitæ intelligi pignoris  
vel hypothecæ specialis constitutio.

NB. Iura & Actiones eodem discrimine censu-  
tur, quo res ipsæ, ad quas tendunt, ut si sint rerum  
mobilium vel mobilium preciosatum alienari ne-  
queant: Si in verò alienarum rerum mobilium, V.C.  
debita pecuniaria absque solemnitate vendi pos-  
funt.

3 Causæ iustæ, ob quas bonorum Ecclesiasticorum  
alienatio fieri potest sunt. 1. Necessitas (debita va-  
gentia, quæ alia ratione solvi non possunt.) 2. Utilets  
(puta, ut res alia utilior Ecclesiæ comparetur.) 3. Pi-  
etas (puta pro redemptione captiuorum, vel alia gra-  
ui pauperum necessitate subleuanda: Vnde etiam  
cra vasa frangere, & premium erogare concessum est.)  
4. Incommoditas (puta, si res alienanda plus incom-  
moditatis, quam commoditatis Ecclesiæ affera, quia  
V.C. multum dicit.)

4 Solemnitas ad alienationem requisita in his con-  
sistit, ut præcedat tractatus cum capitulo, ut ac-  
corda t consensus Capituli, maioris partis Autho-  
ritas etiam tacita Prælati, quæ Ecclesiæ præst, &  
piscopi & Abbatis exempti (non Decani subiechi  
piscopio)

NB. Si Ecclesiastica alienatio facta sit contra-  
ris terminum, tunc ipse etiam prælatus rem à se male  
alienatam potest repetere, allegans propriam turpi-  
tudinem Ratio, quia licet ordinariè non licet con-

ittaueniare factō proprio, & allegare propriam turpitudinem. Excipitur tamen nisi id fiat ob causam necessariam ad animae salutem, vel nomine Ecclesiæ aut Republicæ.

Beneficiatus præd. a Ecclesiastica, quorum redditus 5 in propriam vultatem peregit, ad tempus longum, sed non ultra vitam suam, locare potest, non adhibito consensu superioris. Superior autem obesse V. C. aut parochus moratur ad 10 ann. & non ad 20, sicut in Wedbach factum.

Prælatus Ecclesiæ sine consensu capituli, Ecclesiæ 6 præjudicare non potest in iuribus quaesitis, sed in acquirendis. Nam aliud est nocere, aliud vero est non pro-disse. arg. 1. si sponsus §. si maritus haeres. Quapropter Prælatus validè repudiat donationem Ecclesiæ suæ oblatam. Tamen his casibus Prælatus Ecclesiæ obligatus manet, si officio suo male functus, quia Prælatus habet se ad Ecclesiam tanquam tutor seu Cura-tor.

NB. Monachus monasterio prodeesse potest, non tamen obesse in iure quæ 10, puta si rem sibi testamento legatam absque prælati sui licentia accepteret, licet peccet, tamen valet acceptatio; repudiatio tan-men sine consensu non valet. At verò in iure quæ-rendo etiam obesse potest, videlicet si donationem sibi faciendam respuat.

Præterea licet Prælatus sine consensu Capituli obesse non possit alienando res Ecclesiasticas, potest tamen obesse in judicialibus, si endo ferri contra Ecclesiam sententiam: item si endo res Ecclesiæ ab aero usucapi, tamen in his ad 4. ann. restitutio in integrum conceditur.

Non satis constat, utrum Prælatus sine con-sensu

sensu Capituli renunciare possit hæreditati vel genitris rei immobilis, aut mobilis preciosæ. Qui amant ex communi probabiliore sententia, assertor debere tamen peti restitutionem in integrum ab Ecclesia ratione lucri cessantis propter negligentiam & malam administrationem Prælati.

8. Quædam licet validè alienari non possint, tamen usucapi possunt in rebus Ecclesiæ: alias si alienatio simpliciter prohibita fauore ipsius rei, tunc tacite iam usucapio impeditur: qua ratione dum fundat�atis sub' mariti administratione est, & vxor agent prohibetur, usucapio inchoari non potest.

9. Iuramentum non alienandum duobus modis compipi potest; vel simpliciter non alienatum, vel non in consulo Papa. Primo modo intelligitur iuramentum de alienatione illicita, ut perinde sit, ac si prætus iurasset, se non alienaturum bona Ecclesiæ iusta causa & præter iuris formam: secundo modo extenditur etiam ad alienationem alioquin licita.

10. Prælatus, qui iurauit se bona Ecclesiæ non alienaturum Papa in consulo, prohibetur etiam locare ad tempus longum. Nam iuramentum simpliciter putatum intelligi debet secundum materiam subiectam, secundum iuris dispositionem ait Syl. l.c. Atque alienatus nomen in materia subiecta locationem quoque ad longum tempus comprehendit.

11. Papa non potest pro arbitratu & sine iusta causis Ecclesiæ alienare, idque naturali ac iure divino, eð quod bonorum Ecclesiæ non Dominus, sed summus administrator à Christo constitutus sit, non dissipandum, sed addispelandum.

12. Contra eos, qui illegitimè Ecclesiastica bona alienant, pœnæ canonicae decretae sunt.

Cap.